Hz 18

CONTROLLATOR PSEUDO-ECCLESIASTICUS DE CAVERNA PASQUILIFICA JURE PROSCRIPTUS ANTVERPIÆ

Per R.^mum Epiſcopum & Ampliſſ. Senatum Antverpiæ, fraternè monitus

PER H. HARTS Paſtorem in Ranſt.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Typis & ſumptibus Joannis Wilhelmi Frieſſem, Bibliopolæ 1690.

ET PROSTANT ANTVERPIÆ,
Apud Michaelem Knobbaert, ſub ſigno S. Petri prope Domum Profeſſam S. I.

OCCULTISSIME CONTROLLATORIS FABER.

NOster es, an adversariorum ? Si adversariorum, non ave tibi dixerit; sed diffamatoria tua, quasi inimici hominis zizania combustioni applicet Catholica prudentia. Hoc enim scandalosi calami præmium. Sin noster es ? Cur non nostro hoc est Ecclesiæ more stiloque procedis ? Te nomine sciamus & in mansuetudine sapientiæ eruditorem multorum collaudemus. *Quæ de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordiâ, & fructibus bonis, non judicans, sine simulatione.* Jac 3. Hæc in tuis demonstra, qui ex disciplinâ sapientiæ attentas magisterium.

Non enim convenit ut qui præco pœnitentiæ credi desiderat, calumniosis dicteriis pœnitenda committat. Lux in revelationem gentium instar ignis fatui non sit lucifuga. Neque legifer satisfactionis ostentet se exlegem. Quare ante omnia huic satisfiat petitioni: Tu quis, & unde es, ut te Missum à Domino confidamus? Quis tibi candelabrum movet, ut lucerna accensa de candelabro nubila, sub modio rimosè scintillet? Ubi habitas Videns & Rabbi, qui nos valeas oculare cæcos ?

Respondes: *Satis nobis triste est, quod videamus in utùm prævalere nequitiam, ut non superfit, nisi ut de cavernis nostris clamemus hominibus: Salvamini à generatione ista pravâ.* Itane universum orbem terrarum Christianum damnare audes inauditum? Ad solas vestras cryptas migravit sanctitas, ut cum prævalente

ſæculi nequitiâ luctam quærat? Cum Jeremia c. 4. lamentandum cupis: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum?* Verùm, an hic gemitus columbæ in foraminibus petræ, vel ſibilus ſerpentis? De latibulo enim mordere, non conſuetudinis Eccleſiaſticæ, ſed âſtutiæ eſt ſerpentinæ. Legimus quod *ſervum Dei non oporteat litigare, ſed manſuetum eſſe* ad omnes, maximè ad domeſticos fidei. Quam verò tibi amabilis efferveat ut calumnieris & R.^mum Epiſcopum, ejuſque Secretarium, & P. Pluſquens, ſcripta tua omnibus propalant, ideoque columbina ſimplicitas ſuſpicatur ne lateat anguis in herba.

Sed quam bellè æthiopem dealbas, vel Crocodili lachrymis ploras! Si triſtari nolis, ſi finem querelæ optes: Hoc ſcribas *quod Roma probet, quod Regna ſequantur.* Verùm hæc vox omnium eſt malè litigantium, ut condemnati judicem accuſent. Itane defecit ſanctus, ut in meditullio domus Domini ad cavernas & parietum latebras cogantur magni præcones veritatis? Tantumdem miniſtri reconciliationis in plena Catholicorum pace ſuffocantur ad loca imaginaria, ut inde ſonet ſpeculatoris buccina? Adeone corvorum nequitia turtures perſequitur, ut pœnitentiæ reſtauratores audiamus clamantes, ſed nemo ſciat unde vox illa veniat, aut quo redeat? Mira hæc extenſio manus veſtræ, quaſi nos velis extrahere de limo profundi, ut nemo trahentem videat. Nova hæc recentium Angelorum miſſio, ut in talpanariis latitent. Imo exotica miſſio, quæ nec miſſum confirmat, nec mittentem declarat. Quid ſi reſpondeat ruſtica prudentia:

dentia: Etiam angelus satanæ transfigurat se in angelum lucis, probate spiritum quod ex Deo sit?

Crucifixæ veritatis vos discipulos venditatis. Sed nonne Magister noster protestatur: *Palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil?* Tam in præsentiâ omnium voluit prædicare in Synagogis, quam in conspectu omnium Crucifigi. An crux publica vobis parata, ut timor vester tantâ charitate exclusus tenebras roget, quia ibi dictores audaces non timent contradictores veraces? Et præcursor Domini, cui pœnitentiæ præconium eripuisse videmini, nonne interrogari potuit, *Tu quis es? Et confessus est & non negavit*, se Ministrum, Dominumque demonstravit. *Exibat ad eum omnis Iudæa.* Apostoli quoque ibant gaudentes à conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Epistolis Canonicis præfixum Apostolorum nomen veneramur, ideoque illa ad Hebræos passa aliquando difficultates, quia justis rationibus non munivit eam suo nomine Paulus. Ita vos Apostolicos comprobate, & Patrum inhærete vestigiis, qui personali sigillo sua verificarunt scripta legitima. Ingenua proles Patrem non maculat: fornicaria parentes dehonestat prodita; ideo eam impudentissimarum ars meretricum pudibundæ exponit plateæ. An vos illis dissimiles, qui more Tenebrionum spargitis fætum adulterini cerebri?

Nec recogitatis quam rigorosè leges & civiles & Ecclesiasticæ prohibeant & puniant libellos famosos? Desiderat Respublica ut Pasquiliferi majori calamo ad maximum atramentarium sudent in triremibus, ne

 contu-

contumeliosis scriptis pacem turbent in populis. Qua de re vide Zypæum in Not. & Perez C. l. 9. T. 25. *Nec eos excusabit quod agatur publica causa* ait Zoesius. D. l. 47. T. 10. *Quia debuerant legitime comparere, & ore proprio edicere quæ libello persequenda pessimo exemplo putarint.* Quæ tibi pauca verba ad allegatas taciti nominis rationes sint conclusa responsio. Quibus adde debitam Edictis Principum nostrorum obedientiam, & miraberis quomodo te indiscretus rigidioris doctrinæ zelus fecerit exlegem.

Quare post R.mum Episcopum opportunè Amplissimus Senatus Antuerpiensis solito prudentiæ moderamine vestris ineptiis cursum sistit, dum mandato publico 20. Mart. 1690. compendiosis sed nervosis rationibus scripta vestra plateatim & jure proscribit. Quibus temporali & spirituali Superioribus disce obedire, subjacere, acquiescere, qui docere possis: *Honora patrem & matrem.* Alioquin regent ardelionem *in virga ferrea*, quem non coërcet honor Sacerdotii, nec à malo cœpto facit recedere timor Domini.

Neque tibi abblandiaris exemplo Crucifixi; dum his seditiosis blasphemas calumniis: *Pilatus & Herodes, Scribæ & Pharisæi, summi Sacerdotes & seniores populi nunqnam morientur.* Nescio an talibus velis assimilare judices tuos Pontificem, Episcopos, Magistratus, ipsum etiam Regem ejusque Concilia, vosque assimilare Discipulis Christi? Quasi verò vos ideo Ecclesia martyres coleret pro opinione vestra etiam erronea morientes. *Non ex Passione certa est justitia, sed ex justitia Passio gloriosa est* ait August. l. 1. Cont. Epist. Parm. c. 9. Simili dicterio insaniit Ioannes Hus, cujus in

Con-

onſtantienſi Concilio damnatus eſt hic Articulus
ecimus quartus. *Doctores ponentes quod aliquis per cen-
ſuram Eccleſiaſticam emendandus, ſi corrigi noluerit, ſæcu-
lari judicio ſit tradendus, pro certo in hoc ſequuntur Ponti-
ces, Scribas, & Phariſæos, qui Chriſtum non volentem eis
bedire in omnibus, ſæculari judicio tradiderunt, dicentes.
Nobis non licet occidere quemquam. Et tales ſunt homicidæ
graviores quam Pilatus.* Quem Articulum fusè refutat
Sinnichius noſter l. 1. Saulis C 26. Nondum eradi-
cata eſt Silva, quæ in hæreſiarcham debitas pœnas
perſolvit: tuiſque ſcriptis ligna fortè demittet. Quan-
tumvis de te ſperemus meliora. Hoc autem vel uni-
cum cordi infigas: quia *væ homini illi per quem ſcanda-
lum venit.*

An non hoc ſcandaloſum, dum homines qui toti à
Concilio dependent, ut ei Pontificem Maximum ſub-
iciant, adeo Concilio inveniuntur rebelles? Triden-
tina Synodus quam laudas, ita Seſſ. quarta ordinat;
*Nulli liceat imprimere vel imprimi facere quoſvis libros de
rebus ſacris, ſine nomine auctoris, nec vendere, nec apud ſe
retinere, niſi primùm examinati probatique fuerint ab Or-
dinario ſub pœna anathematis & pœna ſtatuta in Latera-
nenſi noviſſimo Concilio &c.* An vos ſupra ipſa Conci-
lia, ut ad anathematis tonitru non trepidetis? Con-
cilia, Concilia ubique conclamatis, & refractarii
Conciliorum ſtatuta deridetis: dum negotia veſtra
perambulantia in tenebris faciunt imprimi, & evul-
gant, & communicant libellos de primis (uti vós ſta-
tuitis) Religionis noſtræ fundamentis, quos tamen
utraque curia condemnat famoſos. Fortè ad caver-
nas veſtras non prorogatur Conciliaris poteſtas, &

 ita

ita *extra territoriam jus dicenti impune non paretur.*

Nonne calumniosum, dum R. Dominum Co[illegible] ita pueriliter ad nominis allusionem mirabili revelatione dijudicas: *Fortè Beatius illi foret Redarium Episcopi esse*, quam Secretarium & Sigilliferum uti intelligis, vel uti loqueris, *quam tali muneri applicari quod immensurabiliter vires ejus excedit?* Sed vir ille vestris calumniis Superior, pluribus annis in trium Episcoporum Palatiis & negotiis cum laude versatissimus. Verum tu *Mensurator templi Domini*. qui metiris omnium capacitates, cum tamen tuo examini vel judicio non steterint, hoc recogites: Qualem te in hora [illegible] optaveris Beatiorem: an tortorem qui libellos famosos incenderit: an auctorem, qui publicaverit? Sed quale hoc mysterium, quod Officium præcisè *redarii* adoptaverit vestra calumnia? An quia speravit auctorem suum Officio talis redarii advehendum & imponendum lapidi diuturnioris pœnitentiæ?

Cæterum non egero personarum Apologum. Ætatem habent, pro se loquantur. Vobisque in antecessum & suis superioribus & auditoribus P. Plusquens fecit satis. Cujus doctrinam omnem, vel potius factum doctrinæ hic disquirere supervacaneum. Sufficiat vestram, si tamen vel hoc mereatur, trutinare sententiam, vestrosque excessus Theologico calamo sistere; sic acrimoniæ condonantes, ut honori mutuo, ubi persona vestra innotuerit, non obsit. Atque imprimis displicet novum recensque quod ut originale Religionis fideique fundamentum obtrudis; Magisque fœtet modus quo obtrusionem illam attentas.

P. 1

P. 1 fol. 3. Hoc Palmare dogma definis. *Primo i-
tur quod pœnitentia, seu satisfactio pœnalium operum non
ùm necessaria sit ad satisfactionem pœnæ quæ post culpam
missam superest, sed etiam ad remissionem culpæ peccato-
m, seu reconciliationem cum Deo, adeo clarum est in sa-
a Scriptura, ut satis mirari nequeamus temeritatem illo-
m Prædicantium, qui prima fundamenta Religionis no-
ræ tam proterve attentant impetere.* Ita tu, audax ni-
iùm, temerè satis.

Contra te propugno hoc dogma Catholicum, quod
*tisfactio Sacramentalis non sit ordinata à Christo directè.
ec necessaria ad remissionem culpæ peccatorum: sed ad me-
icamentum quo peccatorum reliquiæ expurgentur, & ad
tisfactionem temporalium quæ supersunt pœnarum post re-
issam culpam.*

Judices inter nos audiamus Magistros nostros. Ca-
echismus Lovaniensis de Pœnit. l. 8. petens; *Quare
onfessarius debet aliquam satisfactionem Pœnitenti injun-
ere?* Resp. *quia etsi Deus culpam mortalem & pœnas æ-
rnas per Sacerdotis absolutionem remittat, quia tamen ple-
umque non est plenissimè satisfactum injuriæ divinæ, sed
liquiæ quædam temporalium pœnarum solvendæ rema-
ent, ad earum in parte saltem expiationem Pœnitentialis
atisfactio pro delictorum ratione gravior leviorque injungi-
ur, in operibus præsertim quæ ad orationem vel jejunium
el eleemosynam pertinent.* &c. Rogo te, an veneranda
acultas Artium hactenus perseveret impetere origi-
alia fundamenta salutis animarum? An verò vestra
emeritas in cavernis non præsumat ædificationem
abel, dum nova fidei & Religionis fundamenta fo-
tis?

Ne verò dicas Philosophos à Theologiæ aula arcendos, vel saltem non adeò venerandos, recurramus ad sacram Facultatem: ubi imprimis se nobis interponit Catechismus Jac. Baji, quem Catechismis praeposuit Doctor & Episcopus Ruremundensis Henricus Cuyckius, aliique Episcopi Belgii avidius expostularunt, & oblatum probavit Matthias Archiepiscopus L. 2 C. 9 r. *Sola illa pœna Sacramenti Pœnitentiæ pars censenda est, quæ ex potestate clavium Sacerdotis decreto pro mensura delicti imponitur. Sublato enim per contritionem & Confessionem æternæ mortis reatu, plerumque superest pœna temporalis in altero sæculo luenda, quam explumus, redimimus, & compensamus satisfactione* &c. Quam in sententiæ conformitatem laudare possumus Mercerum, Wiggers, aliosque Magistros nostros. An & hi te adulterino novi Euangelii lacte infecerunt? An verò tu Hesternus discipulus Magisterii fastu Doctores tuos censurare præsumis?

Conglobari possunt Scholasticorum legiones, quibus concordant Controversiarum elucubratores, uno calamo docentes: Quod *peccator confessus, per absolutionem Sacerdotis fiat ex inimico amicus Dei, ex hoste filius, ex reo gehennæ hæres æternæ vitæ, claudaturque ei infernus, qui prius patebat, & aperiatur cælum paulo ante occlusum. Hæcque omnia gratis virtute Sacramenti. Indè autem exigitur temporalis pœna, ut qui dimissâ culpâ in gratiam cum Deo rediit, injuriæ illatæ solvet mulctam & aliqua pœna Deo satisfaciat. Hæc enim justitia etiam inter homines servatur* &c. Ita Costerus in famosissimo & ubique in Belgio & Germania probato Enchiridio Controv. de Sacram. Pœnit. Quod explicans, *tria sunt mala*, inquit,

it, *qua peccando incurrimus. Privatio divinæ visionis*, *av ßima pœna sensus, & utriusque æternitas. Per Sacramentum tollitur postremum, redditurque jus ad Deum suo tempore contuendum, sed pœna relinquitur pro peccatis solvenda. Huc pertinet satisfactio, quam hæretici oppugnant* &c. Hinc percipias Catholicorum adversus hæreticos de necessitate satisfactionis sententiam.

Quam clariorem tibi faciet Magister tuus & Doctor F. Sylvius, qui ita definit satisfactionem, ut *voluntaria sui ipsius punitio ad compensandum injuriam Deo per peccatum illatam, ipsumque sic placandum.* Quod intimum intelligitur, *ne pœnam temporalem inferat.* Sup. q.12 & q.13 a.1. Quærens *an satisfactio nostra capiet pœnam temporalem de condigno?* Resp. affirmative et confirmat ex Concilio Tridentino Sess.6 c 14 Sess.14. Can.13 & 14 & q.18 advertens quod olim satisfactiones peragerentur ante Absolutionem, addit. *Verùm sicut illa consuetudo conveniebat hominibus in disciplina retinendis, & à peccatis per difficultatem veniæ coercendis: ita justis postea rationibus mutata est, factumque ut verè pœnitentibus impendatur Absolutio ante peractam satisfactionem, partim ut Pœnitentes citius Deo reconcilia... possint in gratia & meritis proficere, efficaciusque satisfacere* &c. Satisfactionem docet ordinatam à Christo: *directè ad remissionem pœnæ temporalis.* Ut Duacenos filios videas Matri Lovaniensi concordes.

Quæ sententia communissima Scholis, etiam inde probatur, quia satisfactio dicitur pars integralis pœnitentiæ. Verum parva ibi vel nulla dominatur Scholasticorum auctoritas. Fortè quod recalcitrans Idelio ob magistralem ferulam Scholas deserveris; vel

vel quod fine difcipuli maturitate fungofus tenebrarum Doctor in cavernâ evaferis. Ideo fatis nugatoriè P.2 verbum partis integralis repudias quasi *fascinatorium*. Sed defertor Scholæ ad limina Catechifmi Tridentinus de Pœnit. n.26 partes integrales Pœnitentiæ declarat Contritionem, Confeffionem, & fatisfactionem. Quod n.27, 28 & 29 explicat. *Hæ autem partes ex earum partium genere effe dicuntur, quæ ad aliquod totum conftituendum neceffariæ funt*, quoniam quemadmodum hominis corpus ex pluribus membris conftat, manibus, pedibus, oculis & aliis hujufmodi partibus, quarum aliqua fi defit, meritò imperfectum videatur, perfectum verò, fi nulla defideretur: eodem etiam modo Pœnitentia ex hifce tribus partibus ita conftituitur; ut *quamvis, quod ad ejus naturam attinet, contritio & Confeffio, quibus homo juftus efficitur, fatis fit*: tamen nifi tertia etiam pars id eft fatisfactio accedat, aliquid ei omnino ad perfectionem defit, neceffe fit &c. Ergo *fine fatisfactione, modò duæ priores cum forma Abfolutionis præcefferint, juftificatio poteft obtineri*, ait Catechifmus Lovanienfis.

Ne tamen novellitas tua auctores illius recentiores dicat, interroga patres tuos, & refpondebunt tibi. In tertia parte Edictorum Brabantiæ fol.85. reperies Articulos quos per Decanum aliofque facrarum litterarum Profeffores Academiæ Lovanienfis deligi curavit Carolus quintus: *quibus dubia per hæreticos in controverfiam difputationemque circa orthodoxam fidem religionemque noftram hactenus vocata refolvuntur, diluunturque*. Quorum in ordine hic eft fextus, *fatisfactio eft perfolutio pœnæ plerumque adhuc debitæ remiffa jam culpa*. Nam

omnem

nem pœnam peccato debitam semper condonari culpâ remissa, erroneum est, & scripturis sacris adversatur. Mandat autem sua Cæsarea Majestas: *Huic articulo omnes non modo in publicis Concionibus sese accommodare studeant &c. Insuper omnibus Ecclesiasticis & Officiatis sacularibus datum in mandatis, quatenus servent, sectentur, & adimpleant, & ab omnibus servari, sectari, & adimpleri absque contradictione aut contraventione quacumque procurent:* datum Bruxellis 14 Martii 1544. Quam astutè vir occultissime ad cavernas refugisti, ut hanc eorum procurationis executionem effugeres! Sed tu, qui tam crebrò nobis novorum Euangelistarum, novorum Prophetarum nomen opponis, quos & quales viros & quales fidei Catholicæ defensores tam execrabili criminatione oppetere audeas, si evigilas, intuere.

Universitatem Lovaniensem laudavit Leo decimus, quia prima omnium a. 1519 in Novembri censuravit aliquot articulos Lutheri: In quam cum Lutherus debaccharetur furibundus: Jac. Latomus arrepto calamo censuram sacræ facultatis defendit: cujus ideo effigiei subscriptum legimus. *Hic primus fidei subjecit terga ruenti, convellens fraudes dire Luthere tuas.* Leo decimus desuper in Bulla adversus Lutherum hoc elogium Lovanio dedit, quod sit *agri Dominici piissima religiosissimaque cultrix*, cujus non minus *docta, quam vera ac sancta Confutatio, reprobatio & damnatio* in Lutherum exarata, Vide Sinnich, in Goliath. Latomus, ergo *evidenter patet*, inquit, Art. 6 contra Lutherum, *quod clarissimus Pater Augustinus in ea fuerit sententia, quod dimisso peccato per Pœnitentiam, restet pœna*

solvenda

solvenda per divinam justitiam, & redimenda jejuniis orationibus & misericordia operibus. Et Art. 7. *Propter ætatem senilem aut juvenilem, aut ratione sexus aut dignitatis fieri potest pœna Canonica in toto vel in parte commutatio aut relaxatio, & in gravi ægritudine aut mortis periculo Pœnitentia non est imponenda.* &c. Clarè supponit ad remissionem culpæ non necessariam satisfactionem, quamquam ab ea abstrahat Quæstione: an satisfactio absolutionem præcedens dici possit culpam remittere, quam Sacramentalis Absolutio, in sensu omnium, remittit.

Mentem Latomi discimus ex Magistro ejus Adriano, qui Latomum Doctorali laurea decoravit. De satisfactione agens in 4 Sent. *Satisfactio dicitur pars justitiæ cui ex debito respondet relaxatio aut remissio pœnæ* &c. *Ad satisfactionem requiritur gratitudo personæ & incorporatio ejus ad Christum per Charitatem & gratiam* &c. *quod autem præceptum dicitur Matth. 3. Facite fructus dignos Pœnitentiæ: Dico, quod Salvator intendit de fructu vera contritionis, qui hominem eximit ab ira Dei, reponendo ad statum gratiæ: hoc enim præcepti est in hac vita. Reliquum verò explere pro temporalis pœnæ redemptione, consilium est, nisi per Ecclesiam vel Sacerdotem injungatur. Tum enim ex præcepto obligatur explere, ut videtur Textus ad litteram. In Cap. Omnis utriusque sexus.* &c. Evidenter Adrianus satisfactioni prærequirit statum gratiæ, eamque non culpæ, sed pœnæ necessariam expiatricem supponit. Quid cogit te superbire, quasi super sensus intelligas, & sine Magistro contemnere Magistros, novumque Religioni obtrudere fundamentum?

Eam-

Eamdem sententiam propugnarunt Galliarum E-
piscopi in Concilio Senonensi A.1528. adversus Lu-
theranos aliosque hæreticos, definientes de satisfa-
ctione Dec.12. *Sacro approbante Concilio firmiter tenen-
dum decrevimus, culpa per Pœnitentiam abolita frequenter
supereſſe temporalis pœnæ reatum, veluti superstites quas-
dam peccati reliquias, quæ per dignos Pœnitentiæ fructus
veniant explandæ* &c. An Patres illi ignoraverint pri-
maria Religionis fundamenta, ideoque arundineis
recentioris vestræ speluncæ columnis intertinendi?

Germaniam superiorem inferiori consentientem
venerari si valeas: lege libellum quem sub titulo *sum-
ma doctrinæ Christianæ* An.1554. publicavit auctore
Canisio Ferdinandus Imperator, ubi de satisfactione
agens, *Hæc à Christi membris in Ecclesia quotidie peragi-
tur, dum Pœnitentes post Confessionem ea quæ Sacerdos ab-
solvens injunxit, perficiunt* &c. Per eam dicit *delicta
nostra contra nos ipsos vindicari, residuas in nobis peccato-
rum reliquias dilui, Deique gratiam nobis pleniorem conci-
liari & promereri.* Gratiam absolutione receptam,
adeoque dimissâ jam peccatorum culpâ, docet satis-
factione conciliari *pleniorem.* Mentem Imperatoris
fusius explicat qui eidem à studiis fuit Fred. Nausea
Episcopus Viennensis in Catechismo quem præsidi-
bus Concilii Tridentini obtulit, agens de satisfactio-
ne l.3 c.59, 60, 61. Ubi ejus necessitatem de pecca-
tis *etiam per Contritionem & Confessionem remissis* de-
clarat. In peccato enim mortali duo sunt: *Primum est
culpa peccati quæ meretur indignationem Dei, quoniam per
eam peccator contempsit ejus legem, quam quidem peccati
culpam Deus ex immensa sua misericordia relaxat peccatori*

per

per priores Pœnitentiæ partes, utpote per Contritionem & Confeßionem, &c. *Secundum est: ipse reatus æternæ pœnæ, qui culpa inseparabiliter adhæret* &c. *Tametsi autem Deus peccatori conterenti & confitenti misericorditer remittat peccati culpam & æternam pœnam, & obliviscatur suæ indignationis, tamen non illico remittit reatum pœnæ, qui propter contritionem misericorditer factus est temporalis, qui fuit antea æternus* &c. Hunc reatum satisfactione dilui docet, & ita Deo & Ecclesiæ satisfieri. Explicatis verò c. 62 & 63 solutisque hæreticorum argumentis C. 64. & 65. tandem C. 66. concludit: *Pœnitentiam constare tribus partibus, Contritione videlicet, Confeßione & satisfactione: quarum duabus primis Deus optimus peccati culpam remittit & æternam pœnam commutat in temporariam pœnam, quam pœnitens luet per pœnitentiam sibi a Sacerdote pro peccatis confeßis impositam: quam satisfactionem tertiam pœnitentiæ partem vocamus* &c. Similia in Catechismo Michaëlis Maspurgensis Episcopi Con. 62. & 63. Enchridio Colonienſi, & recentiori Trevirensi fusè & practicè deducta, invenies. Quæ si perceperis, disces & revocare errorem, & prudentiori misericordiæ zelo temperare fervorem.

Utque plenius Catholicorum doctrinam discas ab hæreticâ distinguere, Joannes Eckius primarius Lutheri Antagonista hoc evertit Lutherani erroris fundamentum, quo blaterabat *Deum dimißa culpa quod majus est, semper etiam pœnam dimittere quod minus est: Christum insuper satisfecisse pro peccatis nostris, ideoque nemini jam necessariam satisfactionem*. Utrumque errorem refutat Eckius Homil. 49. de Pœnitentia, hanc confirmans Catholicorum sententiam. *Inhoc stat sententia*

entio vera & propositum Christianum. Cum jam peccator antum gratia impetravit apud Deum, ut humili corde conteratur de peccatis effundens ea coram Sacerdote per veram Confessionem, sicque per Sacerdotalem Absolutionem consequitur unctionem Spiritus sancti. Adhuc tamen misericors a Dei justitia requirit nonnihil fieri aut sustineri pro peccato. Quamvis enim jam pœnitens effugit iram & odium Dei remissa ei jamque deleta culpâ, pœnâ etiam æternâ conversa in temporalem, eam scilicet adhuc dilui oportet, quod deinde fit jejuniis, orationibus, & similibus operibus bonis. &c. Videre hoc ipsum licet in Principibus quoque nostris. Si enim quis vel indignationem Principis vel mortem commeruit etiam indultâ jam rursus veniâ & gratiâ impetratâ, quamvis, quod majus est Princeps ei indignationem remittat, ipsum tamen omnino impune abire non permittit &c. Hunc tantum novorum Pseudo-Euangelistarum inimicum Capitalem non dixeris novum Prophetam.

Si ad Hispanos æquè Lutheri hostes transeamus, ostendent tibi quam fluidæ arenæ inædifices novum recensque fidei & Religionis fundamentum, dum explicatas satisfactiones addisces contra Lutherum propugnatas. P. Soto Tridentinus Theologus, Caroli Quinti Confessarius, hæreticorum mastix quem mortuum à Brentii calumniis defendit Cardinalis Hosius: cujus etiam libros Pastoribus adeo commendat Card. & Episcopus Augustanus Otto. Hic tantus Ecclesiæ vir, de satisfactione dect. 1 præmittens quod in verbis, facite fructus dignos pœnitentiæ sancti Patres intellexerint etiam satisfactionem, quam requirit Deus, *non certè quasi ipsius remissionis peccati meritoriam:* sed persolvendam tanquàm necessariam nobis ob tres

 causas.

causas. *Prima est*, inquit, *ad satisfaciendum & persolvendum temporalem pœnam, cui sæpius post remissam culpam manet peccator adstrictus coram Deo* &c. Et conjunctis aliis satisfactionis utilitatibus, addit. *Hæc itaque certissima fidei doctrina constanter traditur à Patribus & antiquissimis conciliis* &c. *Secunda ratio satisfactionis est propter ipsas reliquias & animæ propensiones in peccata, quæ manent remissa culpa* &c. *Qui enim assuetus est intemperantia, ira & similibus, manet etiam adhuc in hac vita proclivis: contra quam infirmitatem adhibenda opera contraria, quibus & illa auferatur, & in contraria [illegible] animus* &c. Hæc igitur est Catholica Doctrina de satisfactione in communi. Quam dicit fieri Sacramentalem, dum Pœnitenti juxta arbitrium Confessarii applicatur. Culpam verò simul cum reatu pœnæ æternæ docet tolli per Absolutionem. Tali viro adjunge versatissimum adversus hæreses Alphonsum à Castro. C.12. verbo Pœnitentia, ubi docens *satisfactionem necessariam*, adjungit: *Ut autem id apertius commonstremus, prius oportet ostendere post remissam per contritionem culpam manere aliquam pœnam solvendam juxta mensuram & pœna & tempore a Deo [illegible]*, &c.

Non universus commovendus orbis, ut probemus Ecclesiarum omnium adversariam tibi doctrinam. Hanc magnus ille Angliæ Doctor & Martyr Roffensis Art. 1. Contra Lutherum testatur communem Ecclesiæ Catholicæ [illegible]: quæ credit post [illegible] reatum manere quasdam adhuc in animis hominum reliquias per satisfactionem expiandas, præsertim in quibus non antecessit tanta contritio, quanta potuit, gratia cooperante, animum penitus expurgare. Nam si pusillus

dolor

dolor antecessit, absolvitur à culpa per Sacramentum: & remanet adhuc, soluto reatu, rubigo quadam, qua, & pœna peccatis debita tolli debent, priusquam anima cælum ingrediatur, &c. Quæ omnia fusius ibidem probat & confirmat locis Patrum & scripturarum, quæ & ipse tu aliunde mendicasti, ut vel exinde studeas Patres concordes Ecclesiasticæ veritati & praxi intelligere.

Sed quid fundatissime Doctorum respondebis tot antisque Concilii Tridentini Patribus, si quis te in medio eorum interpellaverit: Petens, itane nos filî ontrollator, novi Euangelistæ sumus? Nosne temerarii eversores originalium fidei & religionis fundamentorum? Prædicamus enim Sess. 6. c. 14 Christiani hominis pœnitentiam post lapsum continere non modo cessationem à peccatis & eorum detestationem, aut cor contritum & humiliatum; verum etiam eorumdem sacramentalem Confessionem saltem voto & suo tempore faciendam, & Sacerdotalem absolutionem: itemque *satisfactionem per jejunia, eleemosynas, orationes & alia pia spiritualis vita exercitia, non quidem pro pœnâ æternâ, quæ vel Sacramento vel Sacramenti voto una cum culpâ remittitur, sed pro pœnâ temporali*, &c. Rogo Patribus illis quid respondebis? Quibus eos oculis intueberis? Utere verbis contra illam, quibus in simili Augustinus alloquitur Julianum l. 1 c. 4. Quæ tuorum vel acies vitrea, vel plumbei pugiones in illorum conspectu exeri audeant? Quæ abs te arma non fugient, nudumque relinquent? An forte dicturus es neminem illorum in isto crimine nominasse? Et quid facies, cum

 tibi

tibi dixerint, tolerabilius dente maledico nostram concideres nostra, quam fidem nostram?

Ignorare non potes tu, qui ita Tridentini doctrinam de necessitate satisfactionis ubique laudas, quæ mens ejusdem repetitæ doctrinæ fuerit Sess. 14. c. 8. Satisfactionem siquidem docet non esse præviam necessariam culpæ præteritæ, sed cautelam tantummodo futuræ: per contritionem & Absolutionem supponit deletam culpam, per satisfactionem expiari reatum temporalis pœnæ. Unde Can. 13. *Si quis dixerit pro peccatis, quoad pœnam temporalem minime Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel a Sacerdote injunctis* &c. Monet Sacerdotes ut advertant quod satisfactio *non sit tantum ad novæ vitæ custodiam & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam*, &c. Ex mente Tridentini satisfactio est ad novæ vitæ custodiam: ex mente vestra est ad novæ vitæ receptionem. Contritione & Confessione vetus homo interiit, novus Sacramentali Absolutione resurrexit: culpa igitur jam deletâ, gratia restituta est. Satisfactio novam illam vitam custodit & freno impedit culpæ relapsum. Cui credimus: an tibi qui satisfactionem ponis, & quidem ex fidei regula necessario præviam novæ vitæ? An verò Concilio credimus, quod juxta Communem Ecclesiæ praxim docet pedissequam & custodiam novæ vitæ? Credidero te abhorrere à damnata hac Petri Oxomensis sententia. *Non sunt absolvendi Pœnitentes nisi peracta prius Pœnitentia eis injuncta.*

Ne verò de mente Tridentini disputemus, declarat ipse magnus ille Præses cum regno Poloniæ Cr.

Hosius

Iosius in Synodo Petricoviensi a. 1551. Cap. 45. præmisit: *Simul ut ad Confessionem hujusmodi verbum accesserit a Sacerdote prolatum, ego te absolvo: Statim peccata omnia Contritio & Confessio remittuntur* &c. Ergo ante omnem satisfactionem seu sufferentiam pœnarum operum. Cap. 48. ipsis Tridentini verbis ita loquitur: *Fit autem satisfactio per jejunia eleemosynas, orationes & alia pia spiritualis vitæ exercitia non quidem pro pœna æterna quæ vel Sacramento vel Sacramenti voto una cum culpa remittitur, verùm pro pœna temporali &c.* Ipsumque satisfactionis explicans: *Quæ cum ex fide & charitate peragitur, peccatorum causas exscindit peccati reliquias medetur, & temporalem pœnam vel tollit vel mitigat, denique & in exemplum adhibetur &c.* Explicans ita Cardinalem Gropperum cujus verbis tacito nomine loquitur ex Instit. Cath. hanc dicit rationem satisfactionis, ut per eam placemus Deum vindicem, quatenus nos à pœnis temporalibus, vel in hoc vel in futuro sæculo luendis, liberemus, cum remissâ culpâ superfit reatus temporariæ pœnæ. Quod ibidem ex Patribus deducit. Nec ullus Catholicorum blateravit hactenus talem Tridentini Præsidem fore novum Evangelistam.

Et ne quis tibi remaneat scrupulus, Catechismi Trid. doctrina stramineos vestros arietes retundit: de Pœnit. a. 47. *Ex fidei Catholicæ doctrina omnibus credendum & constanter affirmandum est*, Pœnitenti *cum peccata Sacerdoti ritè Confessus fuerit, vi clavium scelera omnia remitti ac condonari: ut meritò à sanctissimis Viris Patribus nostris celebratum sit: Ecclesiæ clavibus aditum in cælum aperiri &c.* N. 89. explicat naturam satisfactionis,

 ut

ut sit *purgatio, qua eluitur quidquid sordium propter peccati maculam in anima resedit, atque à pœnis tempore definitis, quibus tenebamur, absolvimur.* Quod explicat n. 90. *Fideles docendi sunt duo esse quæ peccatum consequuntur, maculam & pœnam, et quamvis semper culpa dimissa simul etiam mortis æternæ supplicium apud inferos constitutum condonetur, tamen non semper contingit, quemadmodum à Tridentina Synodo declaratum est, ut Dominus peccatorum reliquias, & pœnam certo tempore definitam, quæ peccatis debetur, remittat &c.* à n. 91. ad 96. explicatis utilitatibus satisfactionis, adjungit n. 97. *D. autem Bernardus duo affirmat in peccato reperiri, maculam animæ ac plagam, ac turpitudinem quidem ipsam Dei misericordia tolli, verum sanandis peccatorum plagis valde necessariam esse eam curam, quæ in remedio pœnitentiæ adhibetur. Quemadmodum enim sanato vulnere cicatrices quædam remanent quæ & ipsæ curandæ sunt; ita in anima, culpa condonatâ supersunt reliquiæ peccatorum purgandæ. Idem plane D. Chrysostomi sententia confirmat, cum ait: Non satis est sagittam è corpore extrahi, sed plaga quoque a sagitta inflicta, sananda est, sic etiam in anima post acceptam peccati veniam pœnitentia curanda est plaga relicta. Frequentissime enim à S. Augustino docemur: duo hæc in pœnitentia animadvertenda esse, Dei misericordiam & justitiam, misericordiam qua peccata & pœnas æternas illi debitas condonat: justitiam, qua pœnis tempore definitis hominem punit.*

Quæ compendio resumens, clarè adversum [illegible] n. 103. *Sed duo præcipue in satisfactione requiruntur: Primum est, ut is qui satisfacit justus sit ac Dei amicus. Opera enim quæ sine fide & charitate fiunt, nullo modo Deo grata esse possunt. Alterum ut ejusmodi opera suscipiantur,*

qua

quæ naturâ suâ dolorem & molestiam afferant: Cum enim præteritorum scelerum compensationes sunt, atque ut S. Martyr Cyprianus ait, redemptrices peccatorum, omnino necesse est ut aliquid acerbitatis habeant. Rogo te illuminatissime talparum, an status justitiæ seu gratiæ compatiatur statum culpæ mortalis? Poteftne homo simul esse habitaculum Dei & Belial? Ecce Catechismus Ecclesiæ requirit ut satisfaciens sit justus & amicus Dei. Vos requiritis ut satisfaciens amicus Dei & justus fiat. Catechismus docet absolutione hominem reconciliari & peccata remitti, sed satisfactione curari relictam peccati plagam. Vos docetis satisfactione hominem Deo reconciliandum, ac peccati maculam & culpam diluendam. Catechismus definit ritè Confesso condonari pœnam æternã simul cum culpa. Vos definitis satisfactione pœnam æternam unà cum culpa expiandam. Tibi tuisque fides adhibebitur, ubi Catechismum vestrum non latitans in Talpanario, sed luce meridiana clarior Romana per orbem terrarum comprobaverit Ecclesia. Hoc interim vobis suaserimus, ut Catechismum discatis, priusquam prædicantes censurare attentaveritis.

Reminiscere insuper, quod in festis Principum Scholæ Theologicæ supplicare tenearis: *ò Doctor optime Ecclesiæ sanctæ lumen beate Thoma, beate Bonaventura Divinæ legis amator &c.* Hos speraverim non blasphemabis novos Euangelistas & perversores fundamentorum religionis. Legas igitur S. Thomam in scripto ad Hannibaldum, in 4. dist. 15. ubi dicit *impossibile quod aliquis Deo satisfaciat, nisi Deo placeat:* Ideoque ut sit sufficiens satisfactio, oportet ut sit *informata gratiâ.*

 Et

Et dist. 16. quod *secundum satisfactionem fit temporalis pœnæ absolutio*. Eadem in Supplemento docet & tamquam certum supponit, quod, ut opera satisfactoria sint Deo accepta, hoc det eis Charitas, & ideo *sine charitate opera facta non sunt satisfactoria*. Q. 14. a. 2. & 3.

Similiter Bonaventura docet satisfactionem fieri Deo pro pœnarum temporalium remissione. *Cum peccator peccat se ad pœnam æternam obligat: Cum autem divina misericordia justificat, seu vivificat, omnem remittit culpam & reatum pœnæ æternæ, qui inseparabiliter annexus culpæ: sed quia misericordia non potest præjudicare justitiæ, cujus est mala punire, ideo sic solvit a culpa & pœna, ut tamen remaneat obligatus ad aliquantulam pœnam temporalem &c.* Confessarium comparat Arbitro qui imponit pœnam peccatori confesso, ut ita satisfiat Deo. In 4. dist. 15. q. 2, & dist. 20. P. 2. q. 1, dicit *pœnam satisfactoriam in se habere duplicem rationem: est enim proprie medicamentum contra sequelas peccati, & est pretium ad solvendum reatum*, pœnæ scilicet: *& ita potest unus pro altero satisfacere solvendo pretium.* Quod fusius ibidem explicat.

Quin imo hoc omnis præsupponit Antiquitas quæ effectum absolutionis docet remissionem culpæ peccati. Hanc autem ad satisfactionis subsequentis adimpletionem suspendi, nemo vel somniavit Catholicus. Quare rectè Scholastici advertunt satisfactionem secundum rationem suam ordinari ad deletionem pœnæ, & non ad remissionem culpæ, & ideo secundum naturalem rerum exigentiam potest subsequi absolutionem. Vide Præpositum de satisfactione

q. 12.

. 12 d. 6. Ubi etiam notat, quod satisfactio quæ præcedit absolutionem possit duobus modis spectari. Uno *tamquam pars, & ita solum ordinatur ad remissionem pœnæ, quam operabitur ac eadem absolutione: Altero modo tamquam dispositio subjecti, secundum quam potest considerari per modum dispositionis esse causa, cur major gratia conferatur per absolutionem.*

Quæ verba præoccupant objectionibus vestris iam. Ac in primis noto te plura Patrum Loca exscripsisse ex R.^mo Castoriensi, sed malè intellecto. Hic enim in *Amore pœnitente* lib. 1. c. 27. inde concludit opera satisfactoria ante absolutionem *ad amicitiam Dei, & remissionem pœnæ æternæ obtinendam plurimum conferre.* Tu ex novo fidei fundamento infers: ad amicitiam Dei, & pœnæ æternæ, culpæque remissionem obtinendam prorsus necessaria esse. Ut autem necessitatem illam propugnes, Scripturæ gladium vibras, & Patrum sententiis vitreas nobis acies opponis. Ac in primis quia Joannes prædicans Baptismum pœnitentiæ dixit Pharisæis: *Progenies viperarum quis demonstravit vobis fugere ab ira ventura? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ &c. Arbor enim quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur* Matt. 3. Atqui Ecclesia locum illum applicat etiam satisfactioni, ergo necessaria est ut fugiamus ab ira ventura, id est ab igne gehennæ: Et consequenter ad deletionem culpæ.

Verùm profundissime Scripturarum indagator prætermitteris Joannem locutum antè omnem Sacramenti institutionem, eoque tempore, quo sola perfecta contritio justificabat peccatorem. Consequenter antè

 omnia

omnia in operibus pœnitentiæ comprehendis ipsam Contritionem præ omnibus necessariam. Unde ego *baptizo in aqua in pœnitentiam &c.* Solam aquæ lotionem, non gratiam se conferre protestatur, ideo ad Christum, Christique Sacramentum remittit justificandos. Igitur hi digni pœnitentiæ fructus; Contritio cordis, Confessionis in humili submissione sui ipsius ad judicium absolventis Confessarii: Et inde justi satisfactio per opera spiritualis vitæ. Ita lignum quod plantatum est secus decursus aquarum seu veræ Contritionis & Confessionis, dabit fructum in tempore suo per satisfactionem, dum justus justificatur adhuc. Quis fructus maturos requirit ab arbore nondum plantatâ sed mortuâ? Hic ergo sensus Joannis, ut Pharisæi non simulatè, sed sincero corde agerent pœnitentiam talem, per quam Deo reconciliarentur, & in posterum vera satisfactione vitam emendarent. Quale enim opus satisfactorium baptismo suo prævium Joannes in baptizandis prærequisivit? aut eos præmisisse legimus, præter Contritionem & Confessionem? Ad prædicationem Joannis exibant omnes, movebantur, baptizabantur: Sic baptizatis inculcat: *Facite fructus dignos pœnitentiæ* quia non sufficit a malo declinare, sed necesse est & facere bonum. Utrumque inculcat Joannes timore divini judicii.

Porrò, quod ut oppugnes, rectè dicis ex doctrina Ecclesiæ verbum Joannis satisfactioni nostræ accommodum: Miror quare ex interpretatione [illegible] non admiseris rectum veritatis illius intellectum. Tridentina Synodus Sess.6 cap.14. Sic intelligit re-

repe-

reparatoria lapsorum Pœnitentia scriptum *Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos Pœnitentiæ*; ut tamen eâdem Pœnitentiâ contineri doceat Contritionem, Confessionem, Sacerdotalem Absolutionem, & satisfactionem quæ fit per pia spiritualis vitæ exercitia, *non quidem pro pœna æterna quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto unà cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali.* Et Sess. 14 cap. 8 docet, quia *in Christo satisfacimus, facientes fructus dignos Pœnitentiæ.* Utique quia palmites contritione dispositi ut gratiam Dei in Sacramento recipiamus, & confessione remissionis peccatorum sententiam à Sacerdote adepti, itaque Viti veræ reuniti, fructum multum feramus in satisfactione. Quod S. Thomas Matth. 3 clarè explicat. *Est autem triplex fructus dignus Pœnitentis: Primus est ut puniat in se quod commisit, & hoc judicio Sacerdotis. 2. Ut fugiat peccata & occasiones peccati. 3. Ut studeat ad benè agendum, quantum studuit ad peccandum.* Supponit Sanctus Thomas satisfactionem non ad remissionem culpæ necessariam, hanc enim evacuat contritio & confessio, & ita à culpa absolutus pœnitens, priusquam satisfactoria opera inceperit.

Hoc sensu docet Tridentina Synodus, ut obiter alteri quoque scrupulo tuo applicetur solutio, quod contritio, confessio, & satisfactio, *quatenus in Pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Pœnitentiæ partes dicantur.* Contritio enim & confessio peccatorum remissionem operantur quoad culpam & pœnam æternam. Satisfactio diluit pœnas temporales, & medetur peccati reliquias.

Quod

Quod ut à Præcone pœnitentiæ discas ad dimissionem culpæ non fore necessaria pœnalia satisfactoria opera, Lucam attentiori oculo perspicias. Ad concionem Joannis commoti turbæ, Publicani, milites rogarunt: *Quid faciemus?* Turbis commendat Eleemosynas. Sed publicanis dixit: *Nil amplius quam quod constitutum est vobis faciatis. Nota prudentiam Joannis*, ait Bonaventura, *quia unicuique præcepit secundum posse suum. Videns enim illos infirmos, non apponit gravia, sed quantum potest mitigat sarcinam. Secundum illud: Infirmum in fide suscipite. Unde Ioannes qui sibi erat rigorosus, Publicanis factus est benignus ut posset dicere illud Apostoli: Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem.*

Notat insuper Jansenius cap. 13. quomodo milites susceperit. *Nequaquam eos Pharisæorum more a se quasi indignos repulit, sed, ut decebat Præcursorem ejus, qui nullum quantumvis coinquinatum gravibus peccatis rejecturus erat, placidius etiam eis respondit, & levius quam Pharisæos accepit. Exegit tantum ut à malis abstinerent, & aliena non raperent, si nondum sua largiri possent. Satis magnum enim profectus gradum in ipsis esse duxit, si cessarent à male faciendo. Itaque utrosque admonet ut his abstinere malis, quibus vere solent esse obnoxii, attemperans suam admonitionem singulorum necessitati & capacitati.* Vos similiter Joanni conformate, ejusque exemplo discite opera satisfactoria accomodare variæ Pœnitentium dispositioni: Eaque non dimittendæ culpæ ac pœnæ æternæ necessaria; alioquin illa Joannes non prætermisisset in Publicanis illis & militibus. Itaque acquiesce praxi & doctrinæ ecclesiæ matris tuæ,

quæ

uæ illa docet reliquiis peccati eluendis accommo-anda.

His adde notulam Magiſtri tui Cuneri Epiſcopi Leowardenſis fol.393. *Quos ergo Divus Ioannes dignos Pœnitentiæ fructus exigit, non plenam pro peccatorum magnitudine ſatisfactionem conſenſus eſt poſtulare, ſed dignos intelligit eos qui veri ſunt Pœnitentiæ fructus, ſicut Apoſtolus etiam à gentibus nondum baptiſatis digna Pœnitentiæ opera in actis requirit, tales abſque dubio fructus arbitror, quando quis ex animo propter offenſam Dei de peccatis dolens, ea præſtat, ſubit & amplectitur, per quæ cognoſcit aboleri, quidquid ex peccato mali natum eſt. Non enim amplius dignus & juſtus dolor exigit, neque ipſa juſtitia amplius poſtulat. Quando igitur per opera in indulgentiis piè præſcripta videt & intelligit culpam & pœnam tolli, haud malè, aut incongruè dicetur, dignum Pœnitentiæ fructum facere, qui hoc præſtat, quo totum quod ex peccato ſecutum eſt malum intelliget deſtrui & auferri.* Atqui malum culpæ & pœnæ æternæ aufertur per contritionem confeſſionem, & abſolutionem: Malum temporalis pœnæ per ſatisfactionem, & hæc ſuppletur per indulgentias.

Quæ autem adverſus hæc ex Cypriano, Ambroſio, aliiſque objicis, ibidem à Cunero ſoluta reperies. Neque eſt ut replices opera illa indulgentiarum adeò modica, ut non videantur fructibus dignis pœnitentiæ comparanda, atque adeò indulgentiarum effuſores repugnare Joanni, hómineſque alienare à fructibus dignis pœnitentiæ. Reſpondet tibi Magiſter tuus Jacobus Bajius lib.2 cap.97. *Nec putandum eſt indulgentias Pœnitentiæ ſtudium enervare, quia digni*

Pœni-

Pœnitentiæ fructus aguntur, quando pœnitens juxta Sacer-dotum arbitrium opera pœnalia facit, ab eisdemque [illegible] ctionis sua modum accipit. Dum igitur à quo piâ [illegible] ad obtinendum indulgentias Christi Vicarius imponit [illegible] Pœnitentiæ fructus dignos agere censendus est. Tertia [illegible] Pœnitentiæ pars est satisfactio pro peccatis [illegible] trium Sacerdotis: Qui licet interdum levia pro [illegible] plena indulgentia imponere videatur; Attamen [illegible] ac modo, parva in se considerata, eximiam quandam [illegible] tis, virtutisque excellentiam continent. Minima [illegible] fidei pietatisque symbola, ut ex obedientia, humili [illegible] Christi & proximorum amore in unitate Ecclesiæ ad [illegible] standum quidnam de Petri cathedra, Romanaque religio-ne sentiamus, exercentur, plurimum habent momenti apud Deum: Ut opera Magdalenæ, Publicani, Latronis in cruce convincunt, quorum intuitu plena peccatorum indulgentia à Deo concessa fuit: Ut grandia petentibus cum servo Naa-man Syri dicere possimus: Si rem grandem præcepisset Pon-tifex, facere oportuerat, quantò magis hæc modica, quæ pro animi purgatione requirit?

Verumtamen quia in præsentiarum non est ani-mus obstruere tibi os adversus indulgentias blaspe-ranti. Credidero enim familiari Epistola amicè cui-dam forte vestro desuper fecisse satis: Unde honorario responsi hactenus exspecto. Si verò desuper tibi ge-nus pruriant, scalpellum adhibebit vel [illegible] Diœcesis nostræ Parochus Ruralis.

Quære de Linea illa manum retrahens, transfe[illegible] de doctrina Præcursoris ad ipsum Dominum, [illegible] verba objicis ex Luca cap. 13. *Nisi pœnitentiam [illegible] beritis, & genitis, omnes similiter peribitis. Pœniten-*

m agere hic, plus eſt quam pœnitêre, utpote præ- cordis contritionem involvens opera externa ſatisfactionis. Hanc autem adeò commendat Chriſtus, etiam perditionem æternam comminetur illi qui opera illa ſatisfactoria non habuerit. Igitur ad culpæ pœnæ æternæ deletionem ſatisfactio neceſſaria, non ſolum ad eluendam temporalem pœnam remiſſæ culpæ ſuperſtitem.

Objectionis nubeculam diſſolvit interpretum elucidatio. Cyrillus in Cath. D. Thom. explicat illa verba *niſi Pœnitentiam habueritis, id eſt, niſi ceſſaveritis conſpirare contra Principem* &c. Nec diſcordat à propoſito exemplo Galilæorum, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum. Sed intelligamus Chriſtum loqui de pœnitentia ipſa. Patres interpretantur, ut illud *niſi Pœnitentiam egeritis* idem ſit, quod ſi manſeritis obdurati. Undè Titus Boſtrenſis: *Tota civitas paulò poſt occupabitur, ſi perſeveraverint indigenæ in infidelitate.* Beda ſignificat *Iudæos qui pœnitêre noluerint, cum mœnibus ſuis perituros. Niſi converſi fueritis*, ait Eutymius ut æquivaleat comminationi Davidicæ, *niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibravit, arcum ſuum tetendit & paravit illum* &c. Quem ſenſum declarat parabola ſubſequens de arbore ficus infrugifera. Unde Eſtius commentatur: *Chriſtus ſignificat omnes impœnitentes malè perituros vel in hoc ſæculo, vel ſaltem & certiſſimè in futuro.* Et Janſenius cap.88. *Significat iram Dei imminere, nec eam nos evaſuros, niſi peccatorum admiſſorum Pœnitentiam agamus.* Per parabolam autem Dominus notat: *Populum illum à Deo diu expectatum, ut fructum faceret, brevi perdendum, ſi modo pergerent eſſe*

ſteriles,

st[illegible] , & in obstinata sua malitia persisterent.

Bonaventura ex hoc loco concludit necessitatem pœnitendi. Hoc est perfecta compunctione se ad Deum convertendi. Cum enim eo tempore nondum esset Sacramentum , debuit Christus eam commendare Pœnitentiam , per quam Deo reconciliari , [illegible] justificari possent & deinde post justificationem emendare [illegible] melius , quæ peccaverant. Quod fit dum [illegible] , [illegible] est , in amaritudine animæ suæ quis contritus , & *[illegible]* , id est , peccata contritus cordis [illegible] cogitans ea confitetur , & ita justificationis [illegible] adeptus , curat sibi procurare virtutum [illegible].

Quod enim absolutè necessaria [illegible] culpæ [illegible] sint satisfactionis opera , probat Davidis Pœnitentia , cui dicenti : *peccavi Domino* , respondit Nathan : *Dominus transtulit peccatum tuum.* Veruntamen [illegible] satisfactionis extra opera Pœnitentiæ [illegible] vit , ac nobis satisfaciendi [illegible] inculcat. Quod pluribus exemplis scriptura confirmat , [illegible] omnibus , transeo ; ut ex more Magistri & Salvatoris nostri discamus convivere pœnitentibus. Ac in primis notat Jansenius noster Cap. 28 quam [illegible] animarum medicus compatitur sanandis ægris. *[illegible] ergo omnes [illegible] , contingit omnes ipse [illegible] , sanat omnes potentissimus. Hac autem ratione [illegible] Dominus quam paratus sit , & potens sanare morbos [illegible] , si modo veniant ad januam domus Petri , [illegible] Ecclesiam : & exemplum exhibuit [illegible] maximè [illegible] in Christianismo succedentibus quanta cum [illegible] suscipere debeant [illegible] catores a vitiis [illegible] venientes. Omnes male habentes curavit Matth. 8. [illegible].*

singula

ſingulis manus imponens curabat eos. Luc.4 v.40.

Nonne & ſervis ſuis nobis dicit: *Citò proferte ſtolam primam, & induite illum* prodigum? Luc.15. Nonne ſenioris illius fratris rigorem temperavit? Phariſæorum Chriſtus patiebatur improperium: *Hic peccatores recipit & manducat cum illis.* Hoc & vobis ſit benignitatis elogium, & ceſſabunt querelæ populorum. Modum docet parabola *ſervi nequam.* Etenim in Pœnitentiæ Sacramento Dominus *rationem ponit* nobiſcum ſervis ſuis peccatoribus. *Oblatus eſt autem ei unus, qui debebat ei decem millia talenta*, qui in omnia decalogicæ legis præcepta prævaricatus. Unde haberet, ut redderet peccator tantus? Quid timeat in juſto veritatis judicio, niſi ut venundetur *ipſe*, anima, & *uxor* corpus *& filii* omnes potentiæ utriuſque, & ſenſus ſubjiciantur torturæ gehennæ? Ad miſericordiæ ergo tribunal refugium ejus, ubi contrito corde *procidens ad genua* Confeſſarii confitens in melioris vitæ propoſito clamat: *Patientiam habe in me & omnia reddam tibi*: Ecce feſtinam Dei miſericordiam. *Miſertus ſervi illius dimiſit eum.* Sed quomodo? An poſt annos, vel menſes, ſeu hebdomadas rediturum, vel probandum, ac ſolutionibus partialibus redditurum? Audi quod ſequitur: *Et debitum dimiſit ei.* Unde relabenti improperatio: *Serve nequam omne dimiſi tibi quoniam rogaſti me.* Os abſolventis adapertum ad os confitentis, etiam ante omne pœnale ſatisfactionis opus, quod tamen propoſito bono promiſſum. Quare hic influat Chryſoſtomi reflectio ad Davidis Pœnitentiam Hom.2 in Pſal.50. *Audiſtis dicentem regem: Peccavi Domino, & Prophetam reſpondentem:*

Dominus transtulit peccatum tuum. Velox confessio, velocior medicina. Facto peccavit, verbo pœnituit. [illegible] Deus, correctio facta est, vulnus apparuit, & sanitas redit. Sed non fuit his Propheta contentus. Nam post correctionem post emendationem, post peccatorum ablationem psalmum conscripsit, &c. Et infra: *Ablatum est peccatum tuum, sed volo, ait, & cicatricem extenuare, ablatum est vulnus, volo & pulchritudinem recipere: Ideo dicit miserere mei Deus* &c. Vide quomodo ex mente Chrysostomi satisfactio post culpæ remissionem sit pœnæ expurgatrix, ac medicamentum, quo peccatorum reliquiæ sanentur.

Itaque verba illa *pœnitentiam agite: nisi pœnitentiam egeritis*, non solam satisfactionem comprehendunt, sed ipsam pœnitentiam, qua culpam & pœnam peccator evacuat, & ita secundùm diversas suas partes & perfectiones habet effectum & necessitatem variam: Quin imo de ipsa non exteriore, sed de interiore pœnitentia locum hunc intelligit & interpretatur ipsa Tridentina Synodus Sess. 14. c 1. & hæc vel unica tibi sufficiat, ut acquiescas. Quod clariori intellectu perspiciet, qui plura Scripturæ loca desuper disquiret. Act. 2. 38. compunctis corde, & petentibus, *quid faciemus?* Respondit Petrus: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum &c.* Ut autem sciamus qualia pœnalia opera facere potuerint, advertenda verba subsequentia: *Qui ergo receperunt Sermonem ejus, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.* Vos eodem die tot animas apponatis, & intelligetis quæ laudis & quietis præconia reportare possitis

tis ab iisdem qui pœnitentiam agunt.

Non immorandum ulterioribus reciprocæ probæ cripturis, uti nec subsequenti Patrum primævæ Ecclesiæ praxi, seu disciplinæ. Hisce opere justioris olis satisfiet. Brevitas interim urget, ut ad Patrum : Conciliorum objectiones, quas à Morino mendicai respondeamus. Lib. 3. c. 11. fundamentum ponit Joanne Lensæo Magistro nostro scribente librum bique laudatum de *satisfactione* adversus Benediium Aretium hæreticum, qui errabat satisfactioem non ad Dei, sed ad Ecclesiæ solius tribunal perere, eamque fore ut satisfiat Ecclesiæ, non Deo. ecensitis ex hoc libro primis capitibus, taxans Moius sententiam eorum, qui docent Pœnitentem anuam sit justificatus satisfacere non posse pro pœ temporali, multò minus pro æterna, adjungit hanc nsuram: *An hac sententia cum testatissima Antiquorum ciplina convenire possit, alii judicent.* Cap. autem 12. egat eos Antiquos Tertull. & Pacianum docen-, *temporali afflictione æterna supplicia expungi*, Cyprian. *sfactione delicta redimi, & peccata purgari.* Chrysost. *rtem æternam redimi*, Prosp. *temporalibus pœnis mutari rna supplicia.* Similia docent alii Patres apud Lenm, & apud Morinum: antiqua Concilia, & Pœnitialia, ut per magna & diuturna opera pœnitenpeccatores mereantur Indulgentiam peccatorum pere. Ideoque Confessarii assimilantur medicis, cauterio sanent, & diuturnis magnisque remediis urent pœnitentiam. Hæc compendio diffusa, un-Arnaldus & ex ipso alii libros implevêre.

x Lensæo fluit Responsio cap. 15. *Cum modo usita-*

usitatius post reconciliationem injungatur aut injuncta impleatur satisfactio, non ei hoc nunc tribuitur ut à morte æterna liberet, cujus per Sacramentum reconciliationis reatus fuit ante resolutus. Unde illa est perspicua Concilii Trid. doctrina Sess.6. de justificatione, faciendam esse satisfactionem per jejunia &c. pro pœna temporali &c. At inter ante reconciliationem mos olim esset satisfactiones explere, quemadmodum ex Innocentio, Leone aliisque liquet Authoribus ut purgati satisfactionibus Pœnitentes ad communionem altaris per januam reconciliationis admitterentur, tum id pane familiarius fuisse, quam ut satisfactiones ab æterna quoque morte liberare dicerentur &c.

An ergo nova veteri repugnet Ecclesiæ? hunc enim ut errorem objecit Lensæo Hæreticus. Quod *prius semper illis pœnitentibus denuntiatur absolutio, postmodum demum imponunt aliquas satisfactiones, cum apud veteres satisfactio præcederet.* Respondet cap. 24 Lensæus: *Cum probè sciret sæculi posterioris Ecclesia satisfactionem injungi solitam propter Deum propitiandum Pœnitenti, neque tamen tantam disciplinæ severitatem per se solum reatum mortis æternæ dissolvendum necessariam fuisse, sed quo plena, quoad posset remissio peccatorum obtineretur, pristinumque in statum peccator restitueretur, aut ad id certè quam proximè accederet: iis de causis sine præjudicio sanæ veterisque doctrinæ fieri posse putavit ut satisfactio post absolutionem Sacramentalem imponeretur, aut imposita compleretur. Neque enim sic minus fructus consecuturi erant fideles de pœnitentia, cum & vi Sacramenti absolverentur à reatu damnationis æternæ, & quod reliquum erat in temporaneis pœnis id postea satisfaciendi sedulitate diluerent, idque tanto efficacius, quanto esset pretiosior ipsa ra-*

am Deo satisfactio, quam & filius offerret, & inhabitans hristi spiritus produceret, & charitas de corde puro, conscientiâ bonâ, & fide non ficta commendaret &c.

Itaque etsi vel pro conditione temporum, vel pro languore Christianorum, vel alia quapiam non prætereunda ratione mutatio quadam acciderit in hac satisfactoria observatione sciplina, doctrina tamen & fides, ratioque satisfaciendi na atque eadem perseverat. Quomodo una est disciplina edendi ægris, etiamsi neque eadem omnibus, neque pari ad ita virtute, neque eodem tempore medicamenta præbetur &c. Quod ibidem pluribus instantiis probat.

Et confirmat post Lensæum Card. Bellarm. lib. 4. Pœnitentia cap. 8 *Quamvis opera laboriosa olim pœnitentibus ante absolutionem imponebantur, & explebantur, men non fuisse id absolutè necessarium sed potuisse etiam pleri post absolutionem, ut hoc tempore fieri solet, ac per satisfactiones illas non tam ad culpam, quam ad pœnam nporalem expiandam referri consuevisse perspicuum est ex ciliis illis quæ in articulo mortis jubent Pœnitentibus mmunionem dari, etiamsi nulla aut non plena præcesserit sfactio sed tamen admoneri, ut si fortè supervixerint, grè pœnitentiam sibi injunctam expleant.* Vide Canem 76. Concilii Carthaginensis 4.

Solutionem errori vestro Spero ex Lensæo abun... Ut verò articulatim Patribus applicetur Rensio: Tertullianum noveris ex nimio rigore Hæarcham. Sed esto, librum de Pœnitentia compoit Catholicus. Ibidem asserit in Exomologesi seu nfessione esse *secunda subsidia & medicamina*, hanc *am* post baptismum *salutis pharam*, eamque ex de pœnitenti *relevare delictum*. Pœnalia autem pœ-

 nitentiæ

nitentiæ opera non ex necessitate [illegible] *disciplina* Ecclesiæ requirit, ut prost[illegible] tus homo ad Confessionem veniat. S[illegible] rigore disciplinæ potest in se humili[illegible] homo confiteri & absolvi. Quis enim [illegible] quam, quod nemo justificetur in Sacramento [illegible] prius in *sacco & cinere cubaverit*, nisi *pastum* [illegible] *pura noverit &c?* Ecclesia semper judicavit, quod [illegible] Tridentina Synodus definivit: *Contritionem aliquando charitate perfectam esse, hominemque reconciliare priusquam hoc Sacramentum actu recipiatur &c.* Contritionem verò imperfectam, quæ vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, *declarat peccatorem ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponere.* Sess.14 c.4. Atqui charitas perfecta, pudor peccati, timorque pœnarum haberi possunt sine cinere & sacco, sine cilicio, potuque & pastu puris, aliisque pœnalibus operibus satisfactionis. Quia tamen Ecclesiæ disciplina (nonnumquam, non semper tamen, ut ex ipso etiam Cypriano ostendetur) in jejuniis, substrationibus, vigiliis, cilicio, aliisque spiritualis vitæ exercitiis acuebat contritionem, ac confessionem perficiebat, ut ritè dispositus Pœnitens, Sacramenti virtute justificatus liberaretur à reatu æternæ pœnæ, rectè Tertullianus aliique prædicarunt *temporali afflictione æterna supplicia expungi.*

Majorem difficultatem somniatis in verbis Cypriani, quæ soletis exaggerare aberrantes à Cypriani & mente, & praxi. Ut enim Cypriani methodum probetis,

betis, hæc ante omnia de vobis audiamus, quæ de se protestatur ille Epistola 55, seu lib. I. Epist. 3. *Patientia & facilitas, & humanitas nostra venientibus præsto est, opto omnes in Ecclesiam regredi, opto universos commilitones nostros intra Christi castra & Dei Patris domicilia concludi, remitto omnia, multa dissimulo, studio & voto colligendæ fraternitatis, etiam quæ in Deum commissa sunt, non pleno judicio religionis examino, delictu plusquam oportet remittendis penè ipse delinquo: Amplector prompta & plena dilectione cum Pœnitentia revertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes.* Cessabit omne obloquium, si vestrum simile sit in peccatores benignitatis officium.

Sed & tempus & peccatum consideremus contrà quod tantus Cypriani rigor. Tempus erat persecutionis, quo in facili lapsorum receptione *bis confunderetur Ecclesia* Peccatum, *extremum*, quo publicè, vel in Libellis Reipublicæ nomine per voluntariam contributionem inserto, Christianus abjurabat Christum, renuntiabat nomini ac Religioni Christianæ, protestabatur se idolorum seu diaboli cultorem, ipsoque actu idololatrico sacrificabat vel thurificabat & flectebat genua dæmoniis. Et hæc omnia publica professione perfidiæ, ad derisionem Christianismi, ac gentilitatis exaltationem. Adeò ut & ipse quorundam reditus foret aliorum contaminandorum metus, maximè ubi post idololatriæ scelus, etiam scismatis se contagio maculassent. Ideoque Cornelio scribit Cyprianus. *O si posses frater charissime, istic interesse nobiscum, cum pravi isti & perversi de scismate revertuntur, videres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus no-*

 stris,

ſtris, ut animi dolore ſopito recipiendis malis curandiſque conſentiant. Vix plebi perſuadeo, imò extorqueo, ut tales patiantur admitti &c. Contra extremum hoc peccati ſcandalum agit Cyprianus præcipiens longas illas ſatisfactiones, preces, lacrymas, aliaque opera ut lapſi reſtituantur communioni fidelium, pacemque obtineant Eccleſiaſticam. Quis verò extremitatem illam communi ac quotidianæ reconciliandorum Pœnitentum methodo prudens commenſuraverit? Quis indè neceſſitatem ſatisfactionis ad delendam culpam ſanus intulerit?

His adde tempore illo laxiſſimam Feliciſſimi ſuorumque complicum ſectam, qui cum foret Archidiaconus, non Sacerdos, tamen recipiebat lapſos illos ſine ulla ſatisfactione, ſine exomologeſi ſeu confeſſione, ſine ullo ſigno contritionis, ſine *professa ſaltem deteſtatione factorum.* Hujus dicit Cyprianus *mendacium captioſæ pacis.* Et Sermone de lapſis. *Irrita & falſa pax, periculoſa dantibus, & nihil accipientibus profutura.* Et quia *pax* illa interprete Pamelio ſit indulgentia reconciliatis conceſſa: Cyp. Epiſt. 55 conqueritur de Feliciſſimi conatu, quo *ſublatâ Pœnitentia, nec ulla exomologeſi criminis facta. deſpectis Epiſcopis atque calcatis, à Presbyteris pax verbis fallacibus prædicitur*, &c. Collatio enim indulgentiæ, Epiſcopalis eſt poteſtatis. Unde conqueritur de utroque Epiſt. 12. Ab illis *nec Sacerdotii, nec Cathedræ honorem Epiſcopo reſervari.* Et Epiſtola 40. *Relictis Domini Sacerdotibus, contra Evangelicam diſciplinam nova traditio ſacrilegæ inſtitutionis exurgit.*

Quid autem omnis illa Cypriani invectiva in non Sacer-

Sacerdotes mentientes ministerium reconciliationis: in Sacerdotes sine exomologesi absolventes, in non Episcopos & indulgentiarum effusores, quid inquam hæc omnia in hodiernam Ecclesiæ consuetudinem? Ubi casus Cypriani obvenerit, Cypriani zelus Ecclesiæ ejusque ministris non deerit. Hoc unicum sit cordibus nostris infixum, ut prompta Cypriani in peccatores dilectio nostram incendat prudentiam, temperet rigorem, præcaveat scandala.

Hoc in appropriandis Pœnitentiis docet nos Patrum praxis, unde silentium exclamationibus tuis mitiges. Chrysostomus exemplo Pauli 2 Cor. 7 Hom. .. *Ea ex re docemur*, inquit, *non solùm ad peccatorum naturam, verùm etiam ad mentem habitumque peccantium oporteat moderari Pœnitentiam.* Hoc Chrysostomi exemplum & verbum lacerabant Novatiani: *Si millies peccasti, millies templum ingredere & recipiam te.* Multò minus austeritate longioris Pœnitentiæ aliquem à confessionis remedio intimidavit. Hoc commune ex Nazianzeno oratione 16. citant Scholástici axioma: *Præstat errare imponendo Pœnitentiam minorem justo, quam graviorem, & ubi Dominus est liberalis, ne sit dispensator avarus.* Notabile est apud Cyprianum hac in varia methodi determinatione judicium Cleri Romani: *Anxiè curemus, ut nec pronam nostram improbi homines laudent facilitatem, nec verè Pœnitentes accusent nostram quasi duram crudelitatem.*

Qua de praxi interim vide Pet. Marchant, dum ea reservamus meliori occasioni. Hic tamen unus sufficiat, quem cum laude citant Magistri vestri, Cancellarius Gerson, qui in famosissimo illo tractatu

de parvulis ad Christum trahendis ita objicit: ne *extimesceret aliquis pœnitentiæ austeritatem?* Respondet: *Vane hoc, quia nullam non ultro sustinendam imponam. Malo enim exemplo Guilielmi Parisiensis cum parva pœnitentia voluntariè complenda mittere homines ad purgatorium quam cum invita non facienda mittere ad infernum.*

Quam sententiam in regulis moralibus de Pœnitentia reperit. Et alibi censet Januam arcæ pœnitentiæ dilatandam potius, quam arctandam, ut animalia munda sic intrent, ut immunda non remaneant. Cæterum supponit Cancellarius satisfactionem non fore necessariam ad deletionem culpæ. Eam siquidem absolutioni pedissequam imponit à justificato adimplendam. Qua in re conformis est ordo Ecclesiæ, qui cum Tridentino Concilio satisfactionem Contritioni & Confessioni post ponit, eamque tertiam Pœnitentiæ partem enumerat Synodus Florentina, cui omnes Christianitatis Catechismos laudare possumus conformes.

Quare minus urget objectio ab Ætymologia nominis *Pœnitentia*, quod sonat quasi *pœnas tenentia*. Licet enim Jurisconsulti utile ab Ætymologia argumentum desumant, ut probat Præses Everardi *loco quarto.* Attamen conclusionem stramineam tu inde infers pro necessitate satisfactionis tuæ ad deletionem culpæ: Oppositum enim convincit exemplum Davidis ante omnem pænalem satisfactionem justificati, & in statu gratiæ peccata in se punientis. Et Magdalenæ Charitas multa peccata delevit, quæ tantâ corporis pœnitentiâ postmodum expiavit. Duos enim tortores notat Augustinus Serm. 42. de verbis Domini,

, *timorem & Dolorem.* Nonne pœnas eorum ſine
corporali exercitatione graviſſimas tenet contri-
nimus, ut omne corporis tormentum illis com-
tum cenſeat leviſſimum? Aſcendat homo tribu-
nentis ſuæ, ubi rea voluntas, cogitatio accuſans,
noria teſtis, ratio judex, carnifex timor, omnis
: oblectamentum tormentum eſt. Quæ pœna
lelior in peccata ſæviens, quàm ipſa ejus recogi-
o, accuſatio, condemnatio, ac doloris punitio in-
or? Hæc proculdubio prima eſſe debet in ſe ip-
animadverſio, *quaque ſola interdum ſufficere poſſit,*
ine qua nihil exterior proſit, ait Lenſæus cap 32. Imo
nteriori illa profluit exterior in vindictam peccati
nimodè abolendi. Quod autem pænalitas illa ex-
or neceſſariò ſit præmittenda culpæ expiandæ, ſic
ine illa non fiat remiſſio iniquitatis, hoc nec ratio
t, quia Scriptura contradicit. Quis ignorat Catho-
s, quoniam corde contrito *ſi confiteamur peccata no-*
, *fidelis eſt & juſtus* Deus, *ut remittat nobis peccata*
ra, & emundet nos ab omni iniquitate? 1. Joannis 1.
emur quidem cum Magiſtris noſtris Lenſæo cap.
.veram pœnitentiam de commiſſis delendis ſollicitam eſſe.
l uti ex Patribus ibidem oſtenditur, nonne ſollici-
lo illa dum Contritione & Confeſſione deletur
pa, & ſatisfactione abolетur ſuperſtes pœna?
Finaliter ut hæc diffuſiora contractiori penicillo
cidemus, veritas Catholica inter duos recta gradi-
: errores: Hæretici ſatisfactiones negant ullas me-
rias coram Deo, ſed ſolùm in foro Eccleſiæ, eas
unt injurioſas ſatisfactioni Chriſti Domini: Et
c calumniam Catholicis impingit Melanchton in
Apo-

Apologia Confessionis Augustanæ circa Confessionem & satisfactionem. *Fatentur Adversarii quod satisfactiones non prosint ad remissionem culpæ, verum fingunt satisfactiones prodesse ad redimendas pœnas seu purgatorii, seu alias.* Mendax in omnibus qui Patri mendacii nimium familiaris. Quantum enim satisfactiones delendæ culpæ prodesse possint, conclamat omnis Antiquitas, quæ illas sæpius Absolutioni præmisit & præmittit etiamnum, ubi prudentia Confessarii hoc censuerit necessarium pœnitenti. Prævia siquidem satisfactio ad delendam culpam subservit per dispositionem Pœnitentis, cujus inflammat Contritionem. Quod autem juxta Ecclesiæ praxim Absolutionem subsequens satisfactio prosit ad redimendas pœnas, non hoc humanum figmentum, sed ex Scripturis, Patribus, fundatisque rationibus est immobile fidei documentum. Nec minor doctrina fidei repellit errorem vestrum, quo ut Religionis originalem regulam obtrudis necessariam esse satisfactionem pœnalem ad remissionem culpæ peccati. Nec est ut ad præfatam Morini censuram refugias, ea enim errori tuo parerga, doctrinæque vestræ impertinens. Ipseque Lensæus Patres modernis temporibus conciliavit, veteremque morem hodiernæ Ecclesiæ consuetudini ostendit non fore in fide & ratione satisfactionis difformem. Quod enim Patres satisfactioni attribuunt ut dispositioni majoris Contritionis, perfectique pœnitentis, non repugnat efficaciæ satisfactionis præcisè ut est pars pœnitentiæ ultima post Absolutionem persolvenda. Et ita agunt de satisfactione Bonaventura, Thomas, Catechismus Romanus & Scholastici, dum re-

irunt, ut satisfaciens sit in statu gratiæ. Non hoc requirunt ad satisfactionem prout quando- est condispositio ante Absolutionem. Simile quid es docent in materia meriti, quod est aliud de gruo, aliud de condigno.

æc superabundè ut ecclesiarum consensum vobis rarium videas, atque ita eradicatis erroneis ve- fundamentis, credidero fideles omnes laudave- necessarium R.mi Episcopi nostri Decretum, quo Feb. 1690. scripta vestra. omniaque eisdem si- a jure proscripsit. Utinam converterentur vel il eliminarentur Auctores! Rogat enim Catho- rum unitas ut capiantur vulpes parvulæ quæ de- iuntur vineas, & melius est Christo judice, ut a asinaria collis appendatur scandalisantium, ut ita in profundum maris novas doctrinæ margaritas sierint, non mundo Catholico sed cavernis diven- das, interim parvulorum scandala quiescant. Mol- quidem calcaneo Decretum Episcopalis sollici- nis serpentinos vestros sibilos contrivit: Quod er te ad ultimum apicem laudant pii omnes. Quis a scripta vestra non censuraverit famosa zizania? s laudaverit calumniosa dicteria? quæ ex noctur- lo semine instructio fidelium? ponderentur in- rentis judicii lance, illa in scissuram charitatis, in dalum populi, & in perversionem Hæreticorum peris declinare.

Quare sileant inanes querelarum ineptiæ, quod eculare brachium prurientes vestras manus se- & fætentes zizaniorum fasciculos igni adjudicet. te mussitare: *Quid Curia & Schola? Quid Senatus*

conſulto, & Sacerdotum problemati? Ita aliquando Donatiſtas exclamaſſe refert S.Optatus: *Quid Epiſcopis cum Palatio? Quid eſt Imperatori cum Eccleſia?* Ubi notat Balduinus varios Donatiſtas clamitantes, *Quid mihi & Imperatori?* Et vox illa Petiliani: *Quid nobis cum Regibus ſæculi, quos numquam Chriſtianitas niſi invidos ſenſit?* Et Primiani in Catholicos exprobratio: *Illi portant multorum Imperatorum ſacras, vos illa portamus Evangelia.* Verùm oſtendit tibi Magiſter tuus Joannes Sinnichius in *Saule*, quod Regis ſit officium, ut temporibus ſuis pacatam velit Eccleſiam matrem ſuam, unde ſpiritualiter prognatus eſt. Pacem autem Eccleſiæ turbant famoſa erroris veſtri toxica. Ad ſæculi Principes pertinet Religionis obſequium, cujus tu fundamenta concutis. Ad Senatus curam pertinet advigilare, ne adversùs Eccleſiam rebelletur impunè. Te autem ſcripta tua convincunt Eccleſiæ in Epiſcopo tuo rebellem. Obligantur Magiſtratus ad purgandas ditiones ſuas à contagione Hæreſum. Sed nunc Hæreſes omniaque Reipublicæ nociva nocturnis libellulis ſeminantur? Relege Morini Doctoris tui præfationem, quid de novum ritum in adminiſtratione Pœnitentiæ inducere conantibus cenſeat. *Hoc autem nullus vir prudens & cordatus propria auctoritate fecit unquam. Eſt enim res periculoſa, turbulenta, ſeditionibus obnoxia, cui pro prudentia ſua debent obviam ire Magiſtratus, ne hæc novitas antiqui moris obſervandi prætextu armata, Reipublica (quod plerumque ſolet contingere) detrimentum inferat.*

Magnum inſuper præjudicium fidei obvenit, dum Chartulis illis privatorum opiniones ſeminantur ut

ſen-

ſentiæ fidei. Quare exclamat Zeno veronenſis
n. de fide. *O quam ridiculoſa, quæ duobus confligen-
s Chriſtianis ab altero eorum ſi non traducitur, perfidia,
i tranſducta fuerit, fides vocatur.* Quam ſcandaloſum
n Acatholici talem ſimplicibus improperant Ca-
olicorum Doctorum diſcordiam. Quam probroſa
ria, dum Theologus Sarcaſmis, illuſoriis cenſuris,
oticis *novi Evangeliſta, laxonis aliiſque* dicteriis exul-
punxiſſe, aut eriſiſſe Theologum! Sic litigan-
s in platea mulierculæ inter mutua improperia
ſerè exultant, dum augent ſibi dedecus, audien-
ous riſum, maritis iracundiam, familiæ infamiam.
on hoc placet Principi pacis, qui unanimes in una
mo deſiderat habitare fratres in unum. Magis pla-
ret cæleſti Patri familias, ſi tales ſtarent tota die
ioſi in foro, quam ſic laborioſi in vinea Domini
vicem mordentes in libris, cachinnis cenſurantes
Scholis, vel libellis famoſis proſcindentes in tene-
is. Eodem, quo defendunt charitatem, perdunt
lamo, Pœnitenda committunt, & ad impœniten-
am dilabuntur, dum conclamant Pœnitentiam, Pœ-
itentiam.

Quia verò ſemel tibi placuit contra ſtimulum cal-
trare, & ideò aberrare magis, quam viam tritam
petere. Agedum alios fœtores ſcripti tui removea-
nus à naribus fidelium nauſeamque Auctori ſuo re-
erant, dum recogitaverit blaſphemias, quibus nova
Religionis fundamenta attentat obtrudere. Ita erras
arte 2. fol. 1. *Fundamentales regulæ noſtræ religionis
ra ſenio ita ſunt infumatæ aut mucidæ, ut vix ſint cognoſci-
iles.* Et te Catholicum Sacerdotem fingis, cum hor-
ren-

rent aures fidelis laici hæc effutiri à ſcurra Geuſaniæ fœcis? Hoc nonne commune eſt omnium Novatorum adverſus Eccleſiam improperium? Errones omnes ad Antiquitatem provocant, ut novellos errores ſeminent, deſperant enim latitantis ſuæ cavernæ unquam poſſe fundamenta erigere, niſi Columnam & fundamentum veritatis blaſphemaverint latitare. Acutiſſime vir feſtucam in oculo fratris tui vides, trabem in proprio non conſideras. Quam tibi contentionis fumo cæcutit oculus mentis! Hinc tamquam erronea carpis non intellecta, quæ graviori errore redarguis: Dumque quaſi per Microſcopium cenſuras aliena, turpiori macula ſordent propria. Lynceis oculis, cæcus in tuis, & ideò velut mulier vaga exponis lactentes libellulos tuos, quos jam poſt modicum non agnoſces uterinos.

Si quidem matrem oppugnas, quam orantem exaudit Sponſus omnipotens, *uſque in ſenectam & ſenium Deus non derelinquas me.* In ſole poſuit tabernaculum ſuum Altiſſimus. Quis autem ejus obnubilavit fundamenta, ut ſole novo de caverna oriente fuerint elucidanda? An Chriſtus Sponſam deſeruerit, quam ſibi deſponſavit in fide, in ſempiternum? Defecerit Spiritus ſanctus qui nos doceat omnem veritatem? Vel ut verbis Tertulliani de præſcript cap. 28 te alloquar *Eccleſiam non reſpexerit Spiritus ſanctus, ut eam in veritatem deduceret? Ad hoc miſſus à Chriſto, ad hoc poſtulatus de Patre ut eſſet Doctor veritatis: Neglexerit officium Dei Villicus Chriſti vicarius, ſinens Eccleſias aliter interim intelligere, aliter credere, quam ipſe per Apoſtolos prædicabat? Te liberanda veritas expectabat? Interea perperam Euangeliſabatur*

batur, *perperam credebatur*, *tot Sacerdotia*, *tot mini-*
perperam functa? An verò novus Spiritus vobis
tor, uti olim Montano Paracletus? Novimus
super petram Christus ædificat semper Eccle-
, nec vobis indiget ut reædificet; seu ruinas re-
ret. Quod semel promisit semper efficit: *Ædifi-*
, inquit, *Ecclesiam meam*, sed *super hanc Petram*
m Discipuli veritatis venerantur Petrum, & in
ro successores Romanos Pontifices. Contra hanc
ram non prævalebunt portæ inferi. In successo-
s vivit Petrus, & quærentibus præstat fidei mo-
ique veritatem.

deoque & hoc in zizaniis vestris displicet, quia
assumis auctoritatem inconsultâ Sede Apostolicâ
icandi de primis Religionis fideique fundamentis
regulis, sed noviter de caverna erutis. Cum ta-
n ad Sedem Apostolicam dumtaxat pertineat, con-
versias fidei & morum universalis Ecclesiæ defi-
re. Uti latius te Magister tuus Christianus Lupus
cebit scribens in Dictatum Gregorii septimi. Ipsa-
e ab ipsis Apostolorum temporibus confirmat Ec-
esiastica praxis. Hinc Corinthiorum dissensionem
uietavit Epistola Clementis primi, *reparans fidem eo-*
m. Dionisius Alexandrinus consuluit Sixtum Pa-
am, *veritus ne per errorem labar*, inquit. Cathedram
etri veneratur Cyprianus unitatis & veritatis ori-
inem, *quia ad Romanos perfidia non potest habere accef-*
um. Noverat ex Magistro suo Tertulliano Catholico
elicem Ecclesiam, *cui totam doctrinam Apostoli cum san-*
uine fuderunt. Inde *veritatis præconiatio pervenit usque*
d nos, teste Irenæo. Ut merito Augustinus ibi re-

D cognoscat

cognoscat *principatum Cathedræ Apostolicæ*, & ex Principatu *Cathedram veritatis*. Ideoque Apostolicæ Sedis est *formam fidei* ad Ecclesias prorogare, ut quicumque Christianum se esse agnoverit, illam servet: Hocque Paulinus Antiochenus concredidit Damaso, Anatholius Constantin. Leoni magno, Justinus Imperator Hormisdæ. Omnes Patriarchæ Synodicas suas submiserunt judicio Petri, cujus *fides non defecit, nec defectura creditur in throno suo Romano usque in sæculum sæculi, sed confirmabit corda fratrum* ait Leo nonus. Hoc tibi tuisque & omnibus fuerat adeundum tribunal, ubi adversarius tuus ordine fraternæ correptionis admonitus noluisset acquiescere veritati.

Quid autem præsumptuosius quam quod tibi attrahas censurandi licentiam, qui vix Clerici transcenderis metam? Scholari Alphabeto quis clamet, *super senes intellexi*? Nullus in temporalibus nisi legitime constitutus à Principe præsumit officium judicis. In negotiis animæ, in doctrinis morum, in directione Pœnitentiæ volatile est hodie Tenebrionum judicium. Et quod plorandum magis, triobolari libello indoctum vulgus provocant ut sint judices in methodo absolvendi, quod ut plurimùm ignorat methodum confitendi. Imò libello vulgaris idiomatis cupiunt etiam de infirma sorte aurigas & piscivendulas provocare Magistrorum magistros, & Confessariorum directores, quasi & eorum judiciis terminanda imponendæ Pœnitentiæ necessitas, & moderaminis æquitas. Legimus quomodo Joannes, Christus, & Apostoli loquantur ad populum: *Pœnitentiam agite*, & *oportebat Christum pati & prædicari in nomine*

mine

jus *Pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes* . An verò oporteat in gentes nocturnis vulga-guæ libellis, & calumnioſis, criticorum foliis rgi quomodo Confeſſarii abſolvant, quomodo eant peccata, quomodo injungant Pœniten-, &c. Chriſtus judex diſcernet.

is adde mordentem Libellorum ſtilum, ut vix deris veros Columbæ pullos, quorum tam bi-ſint pennæ. Ex adverſo enim clamat veritas, *filii Dei pacifici*: Et Apoſtolus veritatis: *Quia lem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei*. de re vide Sinnichium in Goliatiſmo a cap. 1 ad Quam enim odioſum hoc Catholico imprope-m *novi Propheta, novi Euangeliſta* nomen! De hoc rim perlege S. Thomam opuſculo 19. contra im-nantes religionem Cap. 22 & 23. Ubi redarguit qui Religioſos vocabant. *Pſeudo-apoſtolos, Pſeudo-hetas* &c. *ex duobus*, inquit, *dicitur aliquis falſus tolus. Primò ex eo quod à Deo non eſt miſſus. Secun-x eo, quod verba Domini non proponit, ſed falſa de ſuo ingit* &c. *Intelliguntur autem à Domino mitti, etiam ndo à Prælatis Eccleſiæ mittuntur* &c. Quis verò li-Sacerdotem te fingas, & monitioni faciendæ fra-tuo obligatum te aſſeras, quis, inquam, Præla-um te miſit, ut hæc nova, & à Catholica doctri-& methodo aliena de cavernis tuis effutires? Cu-clamantis vox tu es?

Theologos Scholaſticos dedignaris, utinam Ca-m legiſſes Lib. de locis Theolog. Magiſtros tuos norare diſceres. Epiſcopum erides, cum te Paulus ceat *obedire Præpoſitis tuis, & ſubjacère eis*. Princi-